278 ad decursum superati temporis. Post expirationem vero annorum praefa-
ta bona eadem libere dimittet in quae praefati Zamoyscy intra-
bunt et nullam per se violentiam facient. Cui inscriptioni prae-
fatus Nicolaus Bronowski cum suis successoribus contravenire non
debebit sub vadio in originali inscriptione contento.

Eorundem

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castrensibus Premisliensibus Nobiles Lucas et Andreas Zamoyscy
fratres germani a iure foro suis propriis quibus renuntiantes domi-
ni vero praefati castrensi Premisliensi iurisdictioni se summittentes bonisque
sua universa quoad actum effectumque inscriptionis praesentis attinent
incorporando et subiciendo mente et corpore sani existentes per ex-
pressumque recognoverunt. Quia se et successores suos super
omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus summisque pe-
cuniariis Generoso Nicolao Bronowski et illius successo-
ribus obligant et inscribunt. Quia quod si et in quan-
tum sibi idem Nicolaus Bronowski summam mille et
septingentorum flor. pecuniae inscriptionibus castrensibus originali
et adscriptitia eisdem praefixum in bonis villarum Wosz-
nicze, Dobrzowicze, Koczarzin et Samicze inscripti pro die
et festo Sanctorum Innocentum proxime et immediate ven-
turo solverit, ac circa acta praesentia castrensia Premisli-
ensia reposuerit. Extunc praefati Zamoyscy tenebuntur
eundem Nicolaum Bronowski tam de summa praefata ori-
ginali et adscriptionali quam et vadiis cum litteris et successi-
bus et quorum vigore in possessione extant quietare inscripti-
onesque praefatas cassare et exstinguere, bonaque praedicta
ab inscriptionibus et vadiis praefatis munda et libera face-
re sub vadio mille septingentorum flor. pecuniae monetae
Polonicalis in casu praemissorum non completionis per ipsos
Zamoyskios et illorum successores eidem Nicolao Bronowski
et illius successoribus ad solvendum irremissibiliter et de facto suc-
cumbendum. Pro quo quidem vadio si se praefati Zamoyscy
cum successoribus citare permiserint. Extunc a iure suo quo-
vis terrae renuntiando coram castrensi capitaneali Premisliensi
officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exce-
ptionibus, contraversiis, praescriptionibus, suspensionibus, mo-
tionibus, appellationibus variisque prorogationibus ad quieta-
tionem [illegible] vel simplici infirmantibus, actione
pro maiori, legalibus quibusvis impedimentis, poena trium
marcarum et triplici poena ac aliis omnibus poenis dilationi-
bus iurisque remediis in partem reiectis satisfacere tene-
buntur quotiens opus fuerit cum suis successoribus tenebuntur stat-
uta praesertim terrae in praemissis obstantibus.

Kopistenski cedit de iure Fredro

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premi-
sliensibus Nobilis Hrczko Kopistenski Kostowicz frater germanus olim No-
bilis Ivan Kopistenski, tutor legittimus Nobilium Fenka, Anna, Ku-
lina, Nastazia filiarum et successorum legittimarum praefati olim Ivan Ko-
pistenski a iure suo quovis terrae renuntiando domini vero praefati castrensi Pre-
misliensi iurisdictioni se summittens bonaque sua universa quoad actum effe-
ctumque inscriptionis praesentis attinent incorporando et inscribendo mente et cor-
pore sanus existens per expressumque recognovit. Quia de omni
iure et inscriptione castrensi Premisliensi per Nobilem Georgium Terlecz-
ski super summa centum florenorum pecuniae in bonis sorte Terlowi-
cze inscriptis et easdem filias concernentibus cum omni iure dominio pro-
prietate ac cum omnibus et singulis fructibus proventibus reditibus
alteriis, utilitatibusque universis nil excipiendo Generoso Joanni Fre-
dro de Pleszowicze eiusque legittimis successoribus cedit et remisit
dit omneque ius in ipsum transfundit et incorporat. Nil sibi et
praefatis filiabus in eisdem bonis iuris reservando et excipiendo
Et tam sibi extunc in bona praefata cedit et admittit realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrenum quemcumque
tam extunc per officium praesens ad id additum. Nihilominus ta-
men praefatus Hrczko Kopistenski se et suos successores super omni-
bus bonis suis eidem Joanni Fredro et illius successoribus obligat
et inscribit praefatas filias dum nuptui traditae fuerint ad acta
terrestria Premisliensia pro primis terminis terrestribus seu pro pri-
ma actorum terrestrium Premisliensium post quod secundum primum post
contractum matrimonium cuiuslibet earum Premisliae celebratum fue-
rit adducere et statuere. Quae statuta qualibet pro interesse
suo de inscriptione praefata castrensi Premisliensi cum consensu ma-
riti sui tenebitur condescendere omneque ius suum quodcumque ipsam
in bonis praefatis concernebat in praefatum Joannem Fredro et
illius successores incorporare sub vadio centum flor. pecuniae. Quae
vero antiqua statuta fuerint praefatus Hrczko Kopistenski se
et successores suos super omnibus bonis suis summisque pecuniariis
quibuscumque debitis inscribit et obligat eundem Joannem Fredro et il-
lius successores in bonis praefatis ab omni quavis impetitione iuridi-
ca quarumlibet personarum sexus utriusque tociens quotiens opus
fuerit tueri defendere evincere omnesque impetitiones in se bona
sua et successores assumere sub simili vadio centum flor. pe-
cuniae monetae Polonicalis. Insuper etiam praefatus Hrczko
Kopistenski se et successores suos super omnibus bonis suis obligat
inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia an-
te [illegible] transferre transportare similemque vel se-
curam [illegible]
‡ mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibuscumque debitis ‡

opus fuerit meliori evingnatione facere sub simili vadio centum
florenorum. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus reco-
gnoscens cum suis successoribus citatus esse debet a iurisditione sua qua-
vis competenti evocatus coram quocunque Iudicio seu officiis regni
Poloniae ubicunque repertus fuerit in primo citationis termino tan-
quam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato va-
dio seu vadiis omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus
suspensionibus, motionibus, appellationibus earumque prosequutio-
nibus, ad quaestionem dilationem non petendo vera vel simplici infirmi-
tatibus, actione pro maiori, ac aliis quibusvis legalibus impe-
dimentis poena trium marcarum et triplici poena aliisque omnibus
gentis dilationibus iurisque remediis in partem rejectis satisfa-
cere cum suis successoribus tenebitur quoties opus fuerit tenebitur. Nul-
la praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Porudenski cedit de iure Glowa

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Porudenski a iure
suo quovis terrestri evocatus sub iurisdictione praesentis castrensis Pre-
misliensis iurisditioni se successores bonaque sua universa quo
ad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporavit et
subiecit mente et corpore sanus existens per expres-
sumque recognovit. Quia de omni iure suo et inscriptione castrensi
Premisliensi sibi per Generosum olim Joannem Porudenski
filium Generosi Nicolai Porudenski super summa quingentorum
florenorum pecuniae cum in quatuor cautionibus possessionalis in bo-
nis villae Czussaczin consistentibus inscriptis cum omni iure do-
minio proprietate ac cum omnibus et singulis fructibus pro-
ventibus reditibus attinentiis utilitatibusque universis tan-
tum evictione possessionisque successionisque continuata prout cum
omnibus conditionibus in eadem inscriptione contentis Generoso
Petro Glowa et suis successoribus iam perpetuo cedit et conde-
scendit omneque ius suum quodcunque ipsum in bonis praefati
concernebat transfundit et incorporat perpetuo nihil ibi
sibi et successoribus iuris reservando. Et iam sibi eundem
in bona praefata cedit et admisit realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque iam pe-
rinde per officium praesens ad id additum. Nihilominus
praefatus Stanislaus Porudenski se et successores suos super
omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem ex his actis ad acta
terrestria Premisliensia ad decursum anni transferre transcri-
ptam similemque vel si opus fuerit meliorem evingnationem
facere sub vadio ducentorum florenorum pecuniae monetae Poloni-

pro quo quidem vadio praefatus recognoscens cum suis successoribus cita-
tus esse debet a iurisditione sua quavis competenti evocatus coram Castren-
si Capitaneali Premisliensi officio in primo citationis termino tanquam per-
emptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exce-
ptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus
appellationibus earumque prosequutionibus, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, ad quaestionem dilationem non petendo, statutis et constitu-
tionibus quibusvis sancitis et sanciendis poena trium marcarum et tripli-
ci poena legalibus quibusvis impedimentis ac aliis omnibus gentis di-
lationibus iurisque remediis in partem rejectis satisfacere cum suis
successoribus tenebitur quoties opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione ter-
restri in praemissis obstante.

Vmaticzki obligat Lukanski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
Premisliensibus Nobilis Mikita Vmaticzki a iure suo quovis terrestri
Premisliensi evocatus sub iurisdictione praesentis castrensis Premisliensis iuris-
ditioni se successores bonaque sua omnia quo ad actum effectumque inscriptionis
praesentis attinet incorporavit et subiecit mente et corpore sanus exis-
tens per expressumque recognovit. Quia bona sua haereditaria
videlicet mediam aream cum agris et lazi quae ad ipsam pertinent
nuncupat Marczinkowskie, item non laz nuncupat Swizewski
pod Mogielowczem in bonis villae Lopusna consistentem cum omni iure
dominio proprietate ac cum omnibus et singulis fructibus proven-
tibus reditibus attinentiis utilitatibusque universis nil excipien-
do prout eadem bona solus tenuit habuit et possidebat Nobili
Waszko Lukawski in perpetuum haeredi suisque legittimis succes-
soribus in summa triginta florenorum pecuniae monetae Poloni-
calis hinc ad festum Nativitatis Christi proxime venturum obliga-
vit et inscripsit. Et in defectu reemptionis ad aliud
simile festum Nativitatis Christi proximum et sic de anno
in annum annis se sequentibus usque ad reemptionem et summae prae-
fatae persolutionem iuxta cursum terrestrem. Et iam sibi eundem
in bona praefata cedit et admisit realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque. Tenebiturque
praefatus Mikita Vmaticzki praesensque se et successores suos super
omnibus bonis suis obligat eundem Waszko Lukanski et illius suc-
cessores in bonis praefatis ab omni quavis iuridica et extraiuridi-
ca impetitione omnibusque damnis inferendis violentiis et impedimen-
tis quarumlibet personarum sexus utriusque, tum ab omnibus et
singulis inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis
vinculis reformationibus advitalitatibus cuiuscunque personarum factis
et fiendis et a quibusvis processibus iuris tenebitur quoties opus fuerit
tueri defendere evincere liberare bonaque praefata munda et libe-